



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XIII. & XIV. Ne aliquis multas habeat ecclesias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

ANNO  
CHRISTI  
1179.  
exerce. aliquibus principibus , vel sacerdotalibus viris , ut iustitiae eorum fiant , clericorum quisquam \* assumeret presumat. Si quis aduersus hoc tentauerit , (quoniam contra doctrinam Apostoli est dicentis: *Nemo militans Deo , implicat se negotiis sacerdotalibus ,*) <sup>1. Tim. 2.</sup> & sacerdotaliter agit ; ab ecclesiastico fiat ministerio alienus , pro eo quod officio clericali neglecto , fluctibus saeculi , ut potentibus saeculi placeat , se immergit. Districtius autem decreuimus punendum , si religiosorum quisquam aliquid predicatorum audeat attentare.

XIII.

Quia nonnulli modum avaritiae non ponentes , dignitates diuersas ecclesiasticas , & plures ecclesias parochiales contra sacrorum Canonum instituta nituntur acquirere , ita ut cum vnum officium vix implere sufficient , stipendia sibi vendicent plurimorum ; ne id de cetero fiat , districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia , vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit , talis ad hoc persona queratur , quae residere in loco , & curam eius per seipsum valeat exercere : quod si aliter fuerit actum , & qui receperit , quod contra sanctos Canones accepit , amittat : & qui dederit , largiendi potestate priuetur.

XIV.

Quia in tantum iam quorumdam processit ambitione , ut non duas , vel tres , sed sex aut plures ecclesias perhibeantur habere , nec duabus debitam possint prouisionem impendere : per fratres , & coepiscopos nostros carissimos emendari praeceperimus , & de

Concil. Tom. 27.

LII ij

multitudine præbendarum Canonibus inimica ,  
 quæ dissolutionis materiam & vagationis inducit ,  
 & certum continet periculum animarum : eorum ,  
 qui ecclesiis digne valeant deferuire , volumus ec-  
 clesiasticis beneficiis indigentiam subleuari. Præ-  
 terea , quia in tantum quorumdam laicorum pro-  
 cessit audacia , vt episcoporum auctoritate negle-  
 ßta , clericos instituant in ecclesiis , & remoueant  
 etiam cum voluerint ; possessiones quoque , atque  
 alia bona ecclesiastica , pro sua plerumque volun-  
 tate distribuant , & tam ecclesiæ ipsas quam earum  
 homines , talliis , & exactiōibus præsumant gra-  
 uare : eos qui amodo ista commiserint , anathe-  
 mate decernimus feriendos ; presbyter autem si-  
 ue clericus , qui ecclesiam per laicos sine proprii  
 episcopi auctoritate receperit tenendam , com-  
 munione priuetur : & si perstiterit , a ministerio  
 ecclesiastico & ordine deponatur. Sane quia laici  
 quidam ecclesiasticas personas & ipsos etiam epi-  
 scopos suo iudicio stare compellunt , eos qui de-  
 cetero id præsumperint , a communione fide-  
 lium decernimus segregandos. Prohibemus etiam  
 ne laici decimas cum animarum suarum periculo  
 detinentes , in alios laicos possint aliquo modo  
 transferre. Si quis vero receperit , & ecclesiæ non  
 \* tradiderit , Christiana sepultura priuetur.

## XV.

Cum in officiis caritatis illis primo teneamur  
 obnoxii , a quibus nos beneficium cognoscimus ac-  
 cepisse ; e contrario ecclesiastici quidam clerici ,  
 cum ab ecclesiis suis multa bona perceperint , bona